[illegible] 1547

Reuerendissimo domino Nicolao ab Amsdorff Episcopo Naobnigensi eruditione, pietate et virtute praestanti, domino suo colendo.

S.D. Reuerendissime domine, Et literas tuas accepi, et deinde Ioachimicos missos Georgio, quos curabo in usum necessarium recte collocari. Nunc collector erit Dominus

Georgius plurimi, qui tibi operam suam obtulit, Quia Paulus Quod moriens ei negotia plurima commendauit. Et d. Georgius pro sua erga te observantia libenter tibi seruit. Heri ei cuiusdam aliquot scyphos munerauimus.

Pro argentea symbola ago gratias. Scriberem de bello, si quid certi haberem. Sed quantum coniecturor magnum periculum est. Nam Brunsuicensis habet magnum exercitum, et iuuari prius a potentioribus. Sed deum oro vt seruet Ecclesias harum regionum in quibus sonat vox Euangelij. Certe ad est alius qui pugnet pro nobis, nisi deus pater aeternus domini nostri Iesu Christi. Videmus enim praesidia humana infirma esse, In praedicam parum viribus est. Nobiliores vero et inimici nostri sunt. Ideo confugiamus ad deum. Bene et feliciter vale. 21. Octob.

Philippus Melanchon